



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Si scires quid sit Deum offendisse, non minus forte fleres quàm hæc
peccatrix mulier. At verò non excusatis quod illud nescias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

Amantis lachrymæ eò suaviores,
quò amariiores.

RATIO EST, Quia tales lachrymæ tantò sunt suaviores, quantò sunt magis satisfactoriæ. Sed quò sunt amariiores, tantò sunt magis satisfactoriæ. Ergo & suaviores. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima. V. A. D. E. in pace.*
SCIENT, inquit S. Joannes Chryostomus qui ejus quod dico, fecerunt periculum, quantam læticiam habeant hi fontes lachrymarum. Vide in 2. parte, Dominica in albis. *Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Salvatoris.*

Alia verò veritas sic inverso modo posset formari.

Amori nihil est amaritius, quàm quod
sentitur suavius.

RATIO EST, Quia quod sentitur suavius est ipse amoris seu dilectionis actus,

Sed amoris nihil est amaritius ipso dilectionis actu. Sive propter peccata quibus aliquando dilectum offendit vel quibus adhuc offenditur: sive quod non satis amet quem agnoscit totò modo diligendum: sive quod se videat ab eo separatum, cui se unitum vellet ardentissimè, sive ob alias causas: certum est quod sit amara quædam mors & dura sicut infernus amulatio, qua de re inter alios, Richardus à sancto Victore de quatuor gradibus hujus quam vocat violenta charitatis: quam dicunt suam rem quandam esse tyrannidem, piam servitiam, & optandam crudelitatem.

Alia his conformis veritas.

Nihil est ad amorem augendum magis
præfens, magis opportunum, magisque
appositum, quod a-
mori fuit aliquando ma-
gis oppositum,

RATIO EST, Quia nihil amoris fuit aliquando magis oppositum quàm peccatum & quæ peccati sunt causæ, vel effectus, ut sunt vanitates sæculi, mundi illecebræ, & vitæ mollioris deliciae.

Sed animæ conversæ à peccato, & amanti Deum suum, nihil est ad amorem suum augendum magis præfens, magisque appositum, quàm sui peccati quondam admissi consideratio & de-

testatio; sic enim mirum quantum David Magdalena, Petrus, Augustinus, & alij peccatores in amorem divinum excreverunt cogitantes se illum offendisse quem cognoscunt tantopere diligendum, *Peccatum meum contra me est semper. DILIGENTIBVS Deum omnia cooperantur in bonum.* Etiam ipsa peccata, ut disertè ait S. Augustinus, *Quid ergo? peccabimus ut magis Deum amemus?* Absit, sed potius quia jam nimis in eum peccavimus, sic peccata defleamus, ut nostris fletibus in amorem ejus emolliamur & toti colliquefaciamus.

Rom. 8.

l. de Con-
cept. &
Grat. 6. 17

Amanti Deum animæ magis mirum est
quod non à mundo sic amerur & cola-
tur Deus, quam sit mirum mundo
non amanti, quod ab a-
mante sic amerur.

RATIO EST, Quia ubi est prior ratio cur aliquid fiat, magis mirum est si non fiat, quàm aliud cujus efficiendi non est par ratio.

Sed longè est prior ratio, cur Deus à mundo sic amerur & colatur, ut ab amante colitur, quàm ut non amerur sicut à mundo non amatur. Ergo id magis mirum. Et tamen ita stupet mundus ad aspectum unius amanti Deum, & tam illi mirum videtur quod ita Deum amet: ut quia mirum sic videtur, paucorum id esse videatur, & non cujusvis animæ quæ tamen tota facta est ad amandum Deum suum!

Si scires quid sit offendisse Deum, non
minus forte heres, quam hæc pec-
catrix mulier. At verò non
excularis quod illud
nescias,

RATIO hujus postremæ partis quæ sola videtur probanda, hæc est, quod non excuseris si illa nescias quæ potes & teneris scire. Sed potes & teneris scire quid sit offendisse Deum. Ergo non excuseris quod nescias. Et tamen hoc uno videris durtitiam cordis tui probare.

Amor Dei mors est sui.

RATIO EST, Quia verus amor sic amantem in amatum transmutat, ut amanti anima sit potius ubi amet quàm ubi animet. Sed

talis